




John Carter Brown  
Library  
Brown University





Co. 55. 12

# NOX ATTICA.




## CONIMBRICÆ.

---

Cum facultate Inquisitorum, & Ordinarij.

Ex Officina Nicolai Cartalho Typographi Vniuersitatis.



KELLY

N O X A T T I C A.

H O C E S T.

DIALOGVS DE  
IMPRESSIONE ME-  
THEOROLOGICA, ET  
Cometa Anni Domini 1618.

Per Ludouicum de Auellar: Iuris pontificij Baccalau-  
reum, Philosophia Magistrum, Mathematicæ  
studiosum, & Conimbricensis Academie  
Alumnus.

AD ILLVSTRISSIMVM, AC SA-  
pientissimum D.D.D. ANDREAM à Alma-  
da, Primarium Sacré Theologiæ, in ce-  
lebri Conimbricensi Academia,  
meritissimum profesloré, &c.  
bonorum, & literatorū  
Patronum.

† 2

LI-

L I C E N C , A S .

**N**ihil vetat, quo minus facultas fieri possit, ut  
hic dialog⁹ excudatur, si modo ab Archety-  
po, qui demū prodijt, calcographia, non desētia.  
Vlyssippone, in domo D. Rōchi societatis IESV,  
die 24. Februarij anni 1619. *Petrus Nouais.*

**V**ista a informação do Reuedor, que esta no  
princípio podesse imprimir este dialogo af-  
sim como vai emmendado, & depois de impresso  
torne a este conselho para se conferir como ori-  
ginal, & se dar licença para poder correr, & sem  
ella não correrá. Lisboa aos 28. de Feuereiro de  
1619. Annos. *O Bispo Inquisidor geral.*

**D**am licença ao supplicante Luis de Auclar  
para poder mandar imprimir este dialogo,  
visto a licença que tem do S. Officio, & auendose  
de imprimir nesta Cidade, ajuntara licēça do Or-  
dinário. E depois de impresso tornará a esta me-  
sa para se taxar, & sem isso não correrá. Em Lis-  
boa aos 8. de Março.

*Francisco Pinto.*

*Machado.*


Podesse imprimir em Coimbra aos 8. de Março  
de 1619. *Nicolao Monteiro.*

# ILLVSTRISSIMO.

AC SAPIENTISSIMO DO-  
mino D. D. ANDREÆ à Alma-  
da Primario Sacræ Theologiæ  
in celebri Conimbricen-  
si Academia meritiſ-  
ſimo professori  
&c.

**N**O X hec Attica, quam per hos dies medita-  
bar, tuo nomine Illustrissime Domine, tecta, ac  
tuta è tenebris producta, dies Attica fiet: neque  
enim aliud depositum Patronum, aut amabit defenso-  
rem, quam eum scientiarum Antistitem, in quo coniū-  
ctum est, eximum est, quidquid in alijs per partes mi-  
ramur: & quum in singulis egregium esse, magnum fit  
ac rarum, sic excellit in omnibus, ut longe præcurrat  
in singulis, si illum cum ceteris conferam: fin ipsum  
secum componam, in nullo præmineat. Et sic lucem obſ-  
curis, nitorem abiectis, cunctis denique potes splendo-

rem fœnerari : presertim in præsentiarum vbi de Astrologia agitur, de qua te Illustrissime Domine, scientifice, & ingeniose Philosophantem audiuiimus. Dialogum ergo hunc his tibi debitum nominibus tuo tibi iure non dico, sed soluo; non dono, sed reddo. Tuus es, quia tuo fauore prodit, tuus sit, ut tuo patrocinio defendatur.



PRÆFA-

P R A E F A T I O

*ad Lector em.*

VANQVAM ante paucos abhinc dies absoluissim opus istud, hærebam tamen, ac verebar in lucem emittere, ne mihi homini Iurisconsultorum studijs consecrato, vitio daretur, quod alienis studijs tempus contriuissim : at nihilominus deliberaui tandem excudere, quia non vt aliena, imo vt domestica, & familiaria Astrologiæ studia, hæreditatioque iure mihi debita, omnes agnoscunt; ita vt maiori vitio, & desidiae mihi attribueretur, si in continuo Parentis mei colloquio, Philosophia ad intus, aliquid Astrologiæ nō addiscerem: & quāuis nunc actum agere ( vt aiunt ) videamur; materiam enim aggredimur, quæ eruditæ satis explicata est, præcipue per Illustrissimum, ac sapientissimum D. D. Tutelarem nostrum, qui ea ingenij dexteritate Astrologiæ, & Philosophiæ arcana re seranit, qua Sacrae Theologiæ abdita quæ quæ & occulta disputare solet: nec non per Parentem meum

P R A E F A T I O.

meū Mathematicā huius Academiæ Professorem,  
qui talem se præbuit in discursu Astronomico, &  
Astrologico, itavt nō solū siquid omnino antiquo  
rum dictis addi poterat id subtilissime , atque  
acuratissime excogitarunt , verum etiam omnia  
vbicunque recondita veterum dicta diligenter  
adeo collegerunt, vt tanquam auari messores vi-  
nitoresque vanum spicilegium nobis relique-  
rint , vt iam non scribendi , sed transcribendi vi-  
tium nobis super esse videatur, quia tamen facile  
est inuentis addere , & vt dicitur inueniendis in-  
uenta non obstant, nec vlli , vt \* Seneca subdit,  
post mille sæcula nascituro aliquid adhuc adjici-  
endi præcludetur occasio; hoc nonum opus facere  
audemus , vt post exemplaria diuersa de his Me-  
theorologicis Impressionibus toto orbe dispersa,  
quasi quidam arbiter sedeam, & quæ sint illa, quæ  
cum Astrologica, & Philosophia consentiant ve-  
ritate, dicernam; bonus labor, sed periculosa præ-  
sumptio, nil tamē mirum si doctrina supradicto-  
rum virorum innixus , sua è Lusitano sermone  
in latinum idioma transcribendo, periculum tale  
subeo : hoc ergo opus in dialogum confiximus,  
quia

P R A E F A T I O.

quia magis stillentur lectorum animis, quæ velat sermone familiari porriguntar; in quo etiam confiximus sermocinationem trium Amicorum, scilicet, scholastici, Philosophi, & Astrologi: confiximus denique Noctem Atticam, qua grauioribus studijs abstinetur, ut hilaritati, & curiositati inserviatur.

Illis vero qui nobis probri loco ponunt, quod aliena sumamus non absire opinor, respondere possumus, non quidem, quod Virgilium \* ref-  
pondisse ferunt, pulchrum esse de manu Hercu- \* Refert  
lis clauam extorquere, sed quod argute Cicero \* D. Hie  
respondit, obijcienti sibi, quod à Philosophis illa ron. in  
sumeret, metuenda, inquit, ne à lenonibus dice- pro. q.  
res, vnde enim non nisi ab optimis doctisque vi- hab. in  
ris optima, quæquæ sumi possunt? quis, vt \* Salo- Gen.  
mon inquit, potest dicere, ecce hoc recès est; haud † In Pa  
vero parum est scire in magnis atque arduis re- radox.  
bus ( vt Diuus Hieronymus \* affirmat ) aliena Eccles.  
referre, & ingenij nostri ariditatem aliena vber- cap. I.  
tate adiuuare. Proinde statuimus diligēti no- sup. Epi  
menclatura, quid cuius sit ne dum fateri, sed etiā tol. ad  
profiteri, ne videamur alienis venditare plumis. Galat.

††


Ne

P R A E F A T I O.


*Horat.  
Epistol.  
lib. i ad  
Iul. flor.*

\* Ne si forte suas repetitum venerit olim  
Grex Auium plumas, moueat cornicula risum  
Furtiuis nudata coloribus.

Denique si hæc nostra opella carbone fuerit  
notata, illud nos cōsolabitur, quod exiguo sump-  
tu emimus displicere.



DIALO-





# DIALOGVS NOCTIS-

A T T I C Æ.

INTER LOCVTORES.

*Scholasticus, Philosophus, Astrologus.*

*SCHOLASTICVS.*

**V**I A animum Iurisconsultorum stu-  
dijs, & priuatis negotijs lassum, relaxa-  
re opportet, noctem hanc ab eorum  
studio vacare volo; sed qui sunt isti, qui  
nostra ad limina tendunt? est ne fortasse Astro-  
logus, & noster Philosophus? profecto hi sunt,  
cum eis, vt soleo, colloquium miscebo, sic & cu-  
ras, & Iurisconsultorum tedium de pellam, &  
noui aliquid addiscam: saluete viri sapientissimi.  
*PHIL, & ASTROL:* & tu saluus sis Nobilissime  
Domine. *SCHOL:* quo prospero flatu hoc adue-  
nistis. *PHIL:* desiderio tui videndi, sed tu quid  
hic solus quid ve subtristis es? *SCHOL:* frigidam  
noctem nactus, capitis dolore oppressus, litteris

A

operam

D I A L O G V S.

operam dare non potui, si inueni gratiam in oculis vestris, recreationis causa, quid de signis, quæ his diebus Mensè Nouembris apparuerunt, vestris artibus percipistis, demonstrare. PHIL: assentior. ASTROL: ego etiam morem geram.

S C H O L A T I C V S.

Quod erat illud signum, matutino tempore, primo loco, in figura arcus nouæ nascentis Lunæ apparet, ab ortu in occasum extensem, cuius superior extremitas in septentrionem frangebatur, quod vulgus cometam, inuito discursu Astronomico, & Astrologico, appellavit.

PHIL: erat quædam Meteorologica Impressio, cuius materia remota fuit corpus terrestre (vt est omnium aliarum Impressionum secundum Philosophos) proxima, vero, fuerunt exhalationes habentes humidum aereum, & vinctuosum quia nisi in materia humida humiditate aerea, talis Impressio conseruari, & nutritri non poterat, humiditas enim aquæ extinguere ignem, & prohibet inflammationem, unde ventus non inflamatur quanvis sit calidus, & siccus, quia deficit ab humiditate aerea vinctuosa. Causa efficiës instrumetalis fuit calor

N O C T I S A T T I C Ā. 2

calor per se. (Licet frigiditas interdum possit esse causa per accidens similiūm Impressionū, per Antiparīstasim (vt Philosophi loquuntur) causa efficiens principalis fuerūt sidera. ASTROL: Mars & Mercurius, propter rationes quas statim referam; interim tamen perge vltierius, vt cā p̄isti. PHIL: forma vniuersalis fuit ignis, quæ est harū Impressionū, & similiūm. ASTROL: particularis forma defuit, quia vt iam scis erat materia informis, propter Mercurij infortunium.

SCHOL. Ex dictis iam agnosco, quæ fuerit materia, quæ causa efficiens, & formalis, finis vero quis fuit? PHILOS: fuit consumptio exhalationum, & vaporum, ad sanitatem viuentium, noxij enim sunt huiusmodi fumi, quibus purgari aera opportet. Et propter generationem mixtorum perfectorum, cum imperfecta ad perfecta principaliter ordinentur. Et tandem ad aliquid significandum, de quo sapientissimum Astrologum interroga. ASTROL: quid sentiam dicam, promissis enim standum est.

SCHOL. Prius accidentia Meteorologicæ Impressionis, veluti, magnitudinem, motum, locum,

A 2 &c.

D I A L O G V . S.

& c. explica si placet. *ASTROL*. Magnitudo erat, ut per Astronomica instrumenta inueni, & fere graduum. *PHIL*: colorem habebat album à materia rara cum remissa exhalationum ascensione prouenientem. *ASTROL*: locus apprens erat à capite leonis per Hydram usque ad signum librae procedens. *SCHOL*: non peruenit ad Canobum stellam Argonautis, ut quidam dixit? *ASTROL*: talis stella in suo horizonte non oritur, sed perpetuo occultatur, locum verum Philosophus demonstrat. *PHILOS*: non renuo, erat verus locus in supraea aeris regione, quia Impressiones, quae diutius durant ibi fiunt; exhalationes enim nisi sint valde magnæ, & grossæ, & difficulter inflammabiles, medium aeris regionem transire nequeunt, ideo difficulter inflammabiles, transeunt, & igniter retinent diutius inflammationem; faciliter autem inflammabiles non transeunt: sed aut repercutiuntur inferius, aut inflammantur in media regione, quarum inflamatio modicum durat. Sed cum hæc impressio fere per Mensim durauerit, ut Astrologus testatur, manifeste sequitur esse earum Impressionum, quæ in supraea aeris regio-

ne

ne generantur. *ASTROL:* eleganter concludit, & confirmatur etiam ex motu primi mobilis ab Ortu in occasum, quo vna cum aere ciebatur, qui motus non pertingit secundū Astrologos, & Philosophos, ad medium regionem. *PHILOS:* præter hunc motum, vt omnia breuiter percurramus habebat alium secundū, & proprium deorsum, quia pabulum remissum sequebatur. Plures motas non percepi. *ASTR.* Tertium etiam habebat motum, quo ab occasu in ortum ferebatur (vt die 20. & 25. Nouēbris obseruau) lento tamen progressu, cui<sup>o</sup> causa erat Mercurij in signo Scorpio-nis retardatio. Hæc sunt accidentia, quæ hæc Meteorologica Impressio patiebatur; quid desit sa-pientissimus Philosophus addat. *PHIL:* omnia superstant cui sidera patent. Tu vero Nobilissime Schola stice ex dictis iā habes, quid de signo pri-mo loco apparente sentiamus: Nunc quod attinet ad vulgi opinionem: respondemus, quod Co-meta proprie loquendo dici tale signū nō potest, quia quanuis sit Impressio ignita in supraea aeris regione (vt communis Philosopherū schola tenet) sedē habēs, ac proinde eiusdē speciei cum nostra

# D I A L O G V S.

*Lib. I.  
Meteor*

Impressione, differunt tamen nominaliter secundum magis, & minus (vt Aristoteles \* inquit) & propriè in figura, seu forma, quia Impressio in modum globi, seu stellæ dicitur cometa cum tali, vel tali forma iuxta naturam sui progenitoris (vt Astrologi docent) quæ Impressioni huic derant. *ASTROL:* ita comprobasti, vt nihil amplius desiderari possit; ita etiam \* Nicephorus habet cum prodigia enarraret, quæ contingerant Alarico urbem occupante: (Tum deficiente, sole, inquit, fulgor quidam simul in Cœlo apparuit, cometæ speciem gerens, quem inerudití quidam cometam esse dixerant: nihil enim eorum, quæ in eo visa sunt, cometæ simile fuit, nec fulgor is in comam abiit, nec stellæ prorsus speciem retulit, nec radij eius aliqui stellæ cuiusdam formam subire) hæc ille.

*Lib. 13.  
cap. 36.  
hijs.*

*SCH:* Mirifice ita cuncta demonstratis, vt iam senniam non contra vulgi imperitiam, sed aduersus quosdam, qui cum Astrologi non sint, sed susurrantes, volant cum iactura aliena locuplectari, nihil de propria curantes, scribentes, non iam in priuatis manu scriptis scholijs, sed Typis excude-

re

N O C T I S A T T I C Ā.

15

4

re audentes, de duobus Cometis. *PHIL.*: tam stultas ædepol opiniones ridere magis, quām op- pugnare conuenit. *ASTR.*: compesce iram, possi- bile enim est eos loqui de Cometis impropriè, & lato modo. *SCH.*: ex Iurisconsultorum elementis illud obijcio cōtra sensum in quo modum loquē- di defendis; verba absolute posita propriè, & non abusive accipi debent iuxta text. in l. ea lege ff. testam. l. non aliter ff. legat 3. l. Nepos Proculo ff. verborum signif. quod confirmat noster Iose- phus Mascardus, \* relictis alijs, etiam cū Aristotele in ante prædicamentis ergo, &c. *ASTR.*: ad- huc interpretatio mea stat, quod enim tu dicis, in telligi debet nisi aliter voluisse Authorem præsu- mamus. *SCH.*: ita limitant Doctores \* regulam supradictam; sed tu ab eis non dedicisti, louem Iurisperitū consuisti. *PH.*: ne in his amplius imò- remur, institutum nostrum prosequamur. *SCH.*: finem imponimus huic primæ Impressioni si de ea iudicatis. *ASTR.*: consilium meum erat illius iudicium cum cometæ iudicio miscere, multum enim fraternizant. *PHIL.*: perge ut lubet. *SCH.*: per placet.

\* Depro-  
bat. cōc.  
671. n. 4

\* Alcia  
inprinc.

Comēt.

deverb.

signif. le

xi. con.

Juridic.

Ioan.

Calvini

liter. v.

&c.

A 4

DE

D I A L O G V S.

De Cometa ergo magnitudine , loco, & tempore , &c.  
Disputate.

ASRO : Hoc anno à Christi Saluatoris nativitate millesimo sexcétesimo decimo octauo, prius kalendas Decembris, hora quinta Matutina, in Orientali cœli parte , cometa caudatus apparuit corpus habebat globosū maius Venere, caudæ vero longitudo triginta quinque fere gradus continebat, densior, & angustior initio, procedes vero longius à sidere latior , & rario, & veluti Pauonis cauda à cometæ cétro prodibat. PHIL:

Cur Cometæ adiungitur cauda , non inuenio rationem inter Phlilosophos , quæ probabiliter intellectui satisfaciat. ASTR : quæstionem scitu dignam moues, cui nec ab Astrologis sufficienter

\* In Ra respōdetur, quos omnes recencere longum esset, dij Af- breniter tamē quod probabilius videtur, dicam.

tron- mici structu Cauda in cometis prouenit à sidere prædominā- rac. 19. te, & progenitore, talem formam imprimēte, quæ forma propria est Martis, & Mercurij, qui fuerūt Astrol. principales promissiores cometæ præsentis: quod catbol. vero inquit Géma frisius \* caudam prouenire à cap. 82. solis.

N O C T I S A T T I C Æ. 5

solis radijs, quia semper obseruauit cum A piano  
candam cometarum in oppositam partem solis  
vergere ac proinde cometæ incendum non ele-  
métare esse, quia si ab elemento ignis, aut ex mo-  
tu, hæc incensio fieret, flamma in illam partem  
declinaret ad quam natura ferri proclivis est, sur-  
sum, scilicet magis: sed ex radijs solaribus recta  
in cometam tendentibus prouenire, qui quidquid  
in illo pingue, & viscidum inueniunt igne comu-  
tant, & partes tunc in cæsas secum in rectum atq;  
continuum ferunt, donec cœcurant: possibile est  
*PHILOS.* Phisica ratione fundatur, ergo tamen  
quod cauda solis in aduersam partem declinet e-  
uenire etiam reor à sole, quia aut portio materiae  
rario r, quæ est versus solem, ad corpus usque co-  
metæ radiorum solarium vi absimatur atque dis-  
sipetur, aut forte propter aliquam Antipathiam  
cum radijs solaribus rara materia cometæ existēs  
facile in contrariam partem retruditur. *ASTR:*  
quod dicis inquit, si bene memini, \* Raxo de Co-  
metis, non displicet etiam. *SCHOL:* tot capita, tot  
sententiæ.

*ASTROL.* Relinquamus hæc: ad colorem er-  
go

B

*Lib. I.  
cap. II.*

D I A L O G V S.

go cometæ accedentes, dico quod tām corporis,  
quām caudæ color, varius, versicolor, subfumid<sup>3</sup>,  
Martialis, & Mercurialis erat. *PHILOS*: si ita est  
à materia densa cum multa ascensione exhalla-  
tionū proueniebat. *ASTROL*: liquet ut dicis: lo-  
cum eius, seu sitū orbis apparentem cadere obser-  
uauimus intra Tropicos in quintū gradum Scor-  
pionis, cum declinatione Meridionali, 20. graduū,  
& latitudine Meredionali 6. graduū distantiaq;  
ab spica Virginis 17. graduum, & ab Arcturo 47.  
graduum: altitudine deniq; 15. graduum. Atta-  
men verū locum iuxta regulas Paralaxis non ob-  
seruati. *PHIL*: quid est Paralaxis? *ASTROL*: Pa-  
ralaxis est diuersitas aspectus, hoc est, differentia  
inter verū, & visum locū, qua distinguitur Impres-  
sio aerea ab ætherea, & illius distantia à terra ag-  
noscitur. *PHIL*: quid igitur dices de illo, qui in-  
uenisse testatur Vlysippone Altitudinē Æquato-  
ris apparentē 59. grad. ideo infert cometam non  
habuisse paralaxim. *ASTROL*: ipse se suo gladio  
iugulauit, quia vera altitudo Æquatoris Vlysippo-  
ne est 51. grad. fere. *PHIL*: habeo, potest ad in-  
ceptum redire; attende tamen Aristotelē in ele-  
mentari

## N O C T I S A T T I C Ā.

6

mentari regione tantū , fieri cometas docuisse. \* Lib. 1.  
*ASTR:* quāuis ita sit experientia tamen quæ plu- Meteor  
 rimū valet( ea enim si vera est, vt est Paralaxis om cap. 7.  
 ni argumento maior est) cōpertum fuit fieri etiā & alijs in locis.  
 in etherea regione, vt omnes fere profitentur\* de Clau. in  
 aliquib<sup>o</sup> Cometi præteritis, præsertim de illo no- comet  
 uo sidere, quod in sede cassiopeæ residebat Anno spher. c.  
 Dñi 1572. atq; de illo quod in ser pentario Anno I. Hal.  
 Dñi 1604 apparuit; adeo , vt quidā inepte dixerit super 2.  
 adhuc hodie in Cœlo stellā nouā cassiopeæ existe quadr.  
 re, quod de stella quæ in pectore cygni Año 1600. Ptol.  
 apparuit verū est: nec defuit, qui mediā eligendo cap. 9.  
 viam cometas in concau Lunæ fieri affirmaret.

*SCHOL.* dic ergo cui sit in tanta cōtrouersia cre- dédum. *ASTR:* in hac varietate opinionum, quæ satis magnam occasionem disputationis præbet, quid sentiam de nostro Cometa breuiter enarrabo. Imprimis enim non negamus experientiam, dicendo tamen quod in hoc Cometa , si daretur, non inueniretur in etherea regione, quia, vt dice- mus , noster Cometa compositus fuit ex mate- ria Meteorologicæ Impressionis illum præceden- tis, quam in suprema aeris regione fuisse iam de-

D I A L O G V. S.

monstrauimus, vnde Cometa in ætherea regio-  
ne existere non debebat. *PHILOS*: nec etiam in  
concauo Lunæ ( vt ille alius ausus fuit dicere si-  
miles esse posse ) quia exhallationes ex quibus  
cometa generatur supra elementum ignis trans-  
cendere non possunt, quod probo eleganti simili-  
nam sicut oleum cōtinue descendit vsque ad ele-  
mentum aque, in qua est gravitas eiusdem speciei  
cum gravitate sua. ac etiam intentior: sic exhallat-  
tiones continue ascendunt sursum vsquequo re-  
periunt levitatem maiorem sua, que eit ignis le-  
uitas: Ergo non videtur possibile materiam ex-  
hallationum supra elementum ignis ascepdere,  
ac per consequēns, nec cometam hunc, & similes  
in concauo Lunæ existere posse. *ASTROL*: cum  
ergo nec in ætherea regione, nec in concauo Lu-  
næ noster cometa generaretur à sufficienti par-  
tium enumeratione in elementari suprema aeris  
regione genitus, & extinctus fuit iuxta Aristote-  
licam doctrinam. *PHIL*: tam argute demōstras,  
vt nihil super hoc nobis supersit ambigui. *SCH*:  
quadrat conclusio concessis suppositis, si quis ta-  
men negauerit orbes cælestes, & cum Hippocra-  
te,

te dixerit à terra vsque ad Cœlum Empireum ex  
clusiue aerem existere, & sic Impressionem præ-  
cedentem, & cometam hunc vbi voluerit collo-  
cauerit, quid dices? *PHIL:* ab immutabilibus Au-  
thorum præceptis discedens, temeritatem suam  
manifestat, & quomodo Euphorbus in Pythagora  
renatus esse perhibetur, sic in illo erronea Hip-  
pocratis opinio surrexit: Sed nec Hippocrates co<sup>9</sup>  
Medicinæ parens, nec chius, tale quidpiam dixe-  
runt, vt viri doctissimi in Apollinea facultate te-  
stantur. *ASTROL:* Sic animum institui, vt cuius  
benedicta laudare ausim, eiusdem errores im-  
probare nō verear, quamuis illud volens faciam,  
hoe inuitus: aduersus tal' em iuxta Aiacis\* consiliū  
nihil respondebo, non quod difficile sit illum su-  
per veri assertione conuincere, sed ne responden-  
do dignus fieret, qui vinceretur. *SCHOL:* prudé-  
ter agis, satis enim suo furore punitur: potes ad  
intentum redire. *ASTR.* Noster cometa quadru-  
plici principaliori ciebatur motu primo per acci-  
dēs ab ortu in occasum, quo vna cum sphæris cæ-  
lestibus, & igne in gyrum voluebatur. Secundo  
per se ab ortu etiam in occasum, respectu eclips-

Ouid.  
Meta-  
morf.  
lib. 13.

D I A L O G V S.

tice, contra signorum ordinem, quo in die naturali vnum gradum, & decē fere minuta percurrebat, itavt secundum longitudinem per totam illius durationem à quinto gradu signi Scorpionis per libram usque ad 10. ultimos gradus signi Virginis moueretur: cuius causa erat motus alius tertius, quo versus septentrionem in die naturali, 4. grad. fere (usque in diem 14. Decembris à quo incepit deficere à duobus gradibus) percurrebat ita ut in latitudinē 80. gradus à loco à quo incepit apparere moueretur: qui motus ab affectione prædominantium Planetarum proueniebat Martis, scilicet, & Mercurij, quorū latitudo erat septentrionalis, ideoque nil mirum si ad illam Cœli partem cometam atraherent: tum etiam quia cū intra Tropicos nasceretur, cum latitudine 6. graduum Meridionali ab ecliptica, propter nimiam zonę illius calliditatem, quæ materiam cometæ dissoluit, & dissipat, diu conseruari non poterat, quin extra illam exiret: vnde quia materiam sugerentem, & intuitantem inuenit versus septentrionem (propter loci qualitatem illic enim Sol à quo

quo pars septentrionalis remota est horum cometarum materiam dissolut neque dissipat ) ideo illac properabat : ex huius materiae debilitate , & quia Mercurius radios solares ingresus Meridionalis effectus, erat die decimo quarto Decembris , proueniebat inconstantia motus ab illo die. Non est alia tacenda ratio huius motus ad septentrionem desumpta ex stellis fixis de natura Martis , & Mercurij , quæ in illa septentrionali parte reperiuntur. *PHILOS* : quiesce paucolum:quarto , denique mouebatur motu , sursum , quando illi materia ex parte inferiori deficiebat, vel deorsum quando acresciebat , à principio deorsum , in fine vero sursum commebat.

*S C H O L A S T I C.* Iam habeo plusquam petitij , nunc de causis Materiali , efficiente , & formal i edissere : Ego libenter audiam. *A S T R O - L O G V S*: Materialis causa , tām remota , quam proxima fuit eadem , quam supradiximus fuisse Meteorologicæ Impressionis precedentis : distinguebatur tamen secundum magis , & minus,

## D I A L O G V S.

Ptolem minus, quia cometapostulat ex natura sua exhalationes oleoginosa, & pingues in maiori quantitate, & densitate. PHIL: verum quidem est.  
2. qua-  
driq. c.  
8. Hali-  
lib. 8 de ASTR.  
Iudic.  
Astr.  
cap. i.  
minus, quia cometapostulat ex natura sua exhalationes oleoginosa, & pingues in maiori quantitate, & densitate. PHIL: verum quidem est.  
Causæ ergo efficientes principales, tam Meteorologicæ Impressionis, quam cometæ ( iuxta doctrinam magis veram Astrologorum \* ) ex superiorum Planetarum coniunctionibus, & luminarium eclipsibus præcedentibus percipi debent. Quare præcessit Mense Iunij die 8. hora 5. minut. 33. post meridiem, coniunctio Saturni, & Martis in, o & 8. min. signi geminorum. Et Eclipsis Solis die 21. Iulij hora 6. min. 57. post meridiem, in 28. grad. & 19. minut. Signi Cancri: horum duorum locorum predominatores fuere Mercurius, & Mars, sed plus in illis habet Mercurius quam Mars, nam in coniunctione Martis, & Saturni in signo geminorum ( vbi etiam erat Sol, & Venus ) fuit Mercurius Dominus loci illorum & termini, & Mars nullum ibi ius habebat, qui licet Eclipsis tempore Almutem fuerit, tamen in signo geminorum adhuc erat Mercurij domo, qui in eodem signo Eclipsis existebat : ex quibus clare constat, iuxta supradictam doctrinam, Mercurium fuisse

## N O C T I S A T T I C A E.

fuisse, qui plus in generatione, tam Mer eorogi-  
ca Impressionis, quam cometæ habere debebat;  
secundo loco fuit Mars Almutem Eclipsis im-  
mediate præteriti: Accidit tamen, ut die quinto,  
Nouembris hora tertia minut. 40. ante meridiæ.  
Marte in signo Virginis, & Saturno in signo Ge-  
minorum Mercurij dominibus aspectu quadrato se  
aspiciébibus, & eodem die hora secundâ, post me-  
ridiem sextili aspectu Marte Mercurium intuen-  
te; materiam quam virtute luminis, motus, & in-  
fluentia in supremam regionem eleuatam habe-  
bant, vnuſquisque eorum volens eam in signo in  
quo erat congregare, vnire, atrahere, & accende-  
re cum Mercurius sub radijs retrogradus, & de-  
bilis existeret, victoram ab eo Mars facilime re-  
portans, materiam illam sicut inuenit sic in signo  
Virginis in quo tunc erat accendit absque come-  
tæ figura, aut forma, nam hæc ad Mercurium per-  
tinebant tanquam ad principalem promissorem:  
quemadmodū postea ē radijs solis liberatus, for-  
tis, per te absqne Martis consortio, formam co-  
metæ in illa materia imprimere procurravit ( ex  
quo sequæ sunt tot figurarum formæ in quas ta-

\* D I A L O G V S.

lis Impressio transformata fuit) quod consequitus non fuisset nisi die 26. Nouébris, hora nona, post meridiem radijs amicitie sextilis aspectus Marte aspiceret, materiamque ipsam ad se atraheret, ex istés in signo Scorpionis Martis domo, & ibi formam cometę Impressit: vbi virisimile erat cometam debere generari iuxta regulas aliquorū Astrologorum, quia eclipsis Solis pr̄cessit in Cácro triplicitatis aquæ signo, in qua triplicitate Mars domū habet in signo Scorpionis. *PHILOS*: hæc regula de domino triplicitatis fallit aliquando? *ASTROL*: ficut experimur aliquando verificari, ita experientia constat multoties defficere: vt videre est in Cometa, qui Anno 1582. Mense Maij, die 9. apparuit in signo Geminorum, cui proxime pr̄cessit coniunctio Saturni, & Martis in Pisibus vbi Mars fuit Dominus triplicitatis aquæ, tamen Cometa apparuit in triplicitate aerea, vbi Mars nullum ius, domus, vel, exaltationis habet. *PHILOS*: quare ergo isti, vt infalibilem hanc regulam inculcant. *ASTROL*: rustice, & non scientifice loqūtur. *SCHOL*: desine eos, aquila enim non cernit muscas: explica quam formam Imp̄ressit

## N O C T I S A T T I C Ā E. 10

pressit Mercurius in illa materia. ASTRO : illam proceritatem caudæ, quam videbas, quæ natura-  
liter Mercurialis est, & ex Martis comixtione re-  
sultat. Hæc fuerunt causæ, tām præcedentis Im-  
pressionis, quām Cometæ; vt etiam demonstrauit  
finis Cometæ ( nam omnis res per quascunque  
causas nascitur, secundum Philosophos , per eas-  
dem dissoluitur \*) qui die 26. Decembris desijt in  
q̄o Mercurius combustionem in Solis coniunctio- \* Eadē  
ne patiebatur, PHILOS : ita dilucide omnia col- sūt prin-  
legisti, vt nullus dubitationis locus maneat, nunc cip id  
si tibi videtur iter, tām Impressionis , quām Co- cōp oſi-  
mete demonstra. ASTROL : ita fiet, si forte me- tio nis,  
cū figuram ex Vranometria Ioannis Bayerij def- & reso.  
sumptam afferam , quæ omnia vobis representa- lutionis  
bit. PHILOS : ad viuum Cæli figuram exprimit. Ariſt.  
SCHOLAST : sicut stellæ per se viſum recreant, ita lib. i de  
imaginibus configuratæ horrorem mentibus no- gener.  
stris incutiunt. & cor.

ASTROL: Audite iam effecta , seu significata,  
quæ etiētura suspicamur. SCHOL : libenter au-  
diam. PHILOS : siquidem de hac materia dicere  
aliquid vis, prius ante oculos ponendum est, quid

D I A L O G V S.

Philosophi sentiant, dicunt enim quod omnibus Impressionibus ignitis, & præcipue cometis naturaliter commune est, magnam temporis siccitatem, ventos diuturnos, & violentos, sterilitatem famem, ac pestem denotare eo quod Cometæ vis omnem vaporum, & exhalationum humiditatē absumit, vnde consequenter mortem minare biliosis, qui ardētioris sunt naturæ quales sunt plerique Magnatum; eadem siccitatis causa, ad bella quoque, & seditiones inclinare: plerumque etiā accidere, vt Cometarum causa sit duntaxat Dei dispositio, quod confirmant, relictis historiarum exemplis, quæ refert Cheremon lib. de Cometis, verbis \* Medinae, inquit enim, loquitur cum hominibus Deus non modo humana lingua per sacros vates, vt à peccatis auocentur, & resipiscant: Sed non numquam ipsis elementis in formas, & imagines diuersas ad eorumdem terrorem compositis.

ASTROLOGVS: his quæ dixisti ingenere suppositis, sciendum est; quod in hac Mercurij cum Marte comixtione Martis effecta manifestiora appare-

Lib. 2.  
sue pa-  
rensis  
capit. 1.

*NOCTIS ATTICÆ.*

parebunt, verū Mercurialibus industrijs perpetuo  
inuoluta, eo, quod Mars effectuum efficacia Mer-  
curium excedit, & Mercurius naturalem indu-  
striam potius in effectis, quam effecta ipsa exci-  
tat; vnde vix effectus absque vtriusque confusa  
mixtione eueniet.

Quibus præhabitis, impetuosos ventos, procelosas grandines, coruscationes, & tonitrua, fluctuum maris subleuationes, natum submersiones, intempestiuas pluuias, ita ut modo siccitates, modo repentina pluuias, modo vehementissimos aestus, euenturos esse vereor, vnde terræ nascientia tineis Rubigine, & alijs morbis Mercurialibus inficiuntur. *PHIL*: ex hac temporis inæqualitate cerealium, & fructuum corruptio, suspecta annoæ caritas, vnde famæ, & pestilentes morbi oriuntur, herbarum, & platarum corruptio Animalium clades, & in mulieribus aborsus: timeri possunt. *ASTR*: quæ dixi, & tu infers colliguntur ex promissoribus Mercurio, & Marte, atque etiam ex signo Scorpionis in quo Cometa primum apparuit. Omnia testimonia hic non exprimam vobis, quoniam omnia hujus scientiæ peritis nota

C 3                  sunt,

## D I A L O G V S.

sunt, vobis autē, et si exprimerem ignota. *SCHO:* quæ ægritudines minantur: *ASTR:* Mercuriales quales sunt capitis dolores, pestilentes catharri, frenezis, tussis, & similes, Martiales item quales sunt acutissimæ, sanguinis fluxus disenteria, causones & similes, & tandem ex Scorpione obsecnarum partium dolores, & vlcera vesicæ symptoma: in quibus omnibus inconstantia, & in ordinata confusio suspicari ex Mercurio potest. *SCHOL:* Deus bone non deerunt, qui medicis inuident.

*ASTR:* Aduerte Mars, & Mercurius siguum Virginis, & Scorpionis Bella præsentim crudelitatis plena minantur, & quia cometa apparuit in signo Scorpionis Domo Martis inde etiam bella ortum habitura suspicor, & secuturas cedes.

*PHILOS:* & quod Mars in reuolutione præsentis anni 1619. sit retrogradus impedientur bella. *ASTROL:* ita suspicare possumus, quod erūt debilia, diuino beneficio potissimum.

*SCHOL:* ex bellis, quæ prædicis sequentur funera Regum Principum, & Magnatum, quia in bellis sunt principaliores? *PHILOS:* non est tua

ratio

ratio pro hisce temporibus sufficiens quamvis quandoque fuisset rationabilis, Reges enim, qui primę aciei belli præesse solebant nūc curant res domesticas, & nisi summa necessitas exposcat postremæ præsunt bellicę aciei; ideo aliter dicendū est. ASTROL: plures sunt rationes, quas Astrologi reddunt: illā vocant præcipuam, quod Principes delicatius viuāt, quam alij, & ideo aer corruptus tempore cometæ plus illos corrumpit.

SCHOL: non videtur sufficiens quia multi ignobiles viuunt magis delicate quam Reges, & Principes, & tamē si tales moriantur non ideo dicitur cometam fuisse signū mortis talium. ASTROL: Tract. audi \* Albertum Magnum, ideo, inquit, cometa lib. I Mete- potius dicitur signum mortis Regum, & similiū or. quē quam aliorum, quia periodus vitæ illorum magis refert notatur ab hominibus, quam periodus aliorum loanes Dula- hominum SCHOL: vicisti ac nunquam puto nō ert. 1. Mete- vinces: ad intētum. ASTROL: propter Martem or. & Mercurium, signum Scorpionis, & Virginis, Impressio, & Cometa Regum, & Magnatū mortem minari dicuntur, tum etiam secundum Ptolemeum in centiloquio, quia vndeclim signis di- stabat

## D I A L O G V S.

stabat cometa à Sole cum primum apparuit, sed propter transitum per signum Libræ magis occidentales minari putantur. *S C H O L :* auerat Dominus hæc à nostro climate *PHIL :* Cæli domui in qua primum apparuit nullum significatū attribuis. *A S T R O L O G :* Ptolemeus \* ad Cæli domos non attendit, quia difficillimum est principium apparitionis Cometæ videri, sed quia ego illud exacte obseruaui, dicam aliquid. In 12. Cæli domo primum apparuit, ideo detrimenta maiorū Animalium timenda erunt, & quia vndecimam domum ingressus est opes, ac substantias fortasse per vndecimam significatas dissipari continget *SCHOL :* quæ sunt loca quibus Impressio, & Cometa minantur. *ASTROL :* sunt præcipue verticalia inter Tropicos existentia, & deinde usque ad circulum Articum, que loca omnia longum esset recensere: Item que Scorpionis Libræ, & Virginis signis sunt subiecta: non parum etiam apparebūt effecta in terris aquæ triplicitati subiectis, ex his omnibus aliqua principaliora nominabo attende tamen nihil in his certitudinis esse.

*In qua  
dripar-  
til.*

Maurita-

Mauritania,	Babilonia,	Hispania.
Africa	Assiria,	Galia,
Arabia,	Austria,	Anglia,
Italia,	Insulæ occeani, Vlysippo,	
Iudea,	Germania superior. Salmantica,	
Scotia,	& inferior, Toletum,	
Ægyptus,	Æthyopia, Mantua carpétana,	
Getulia,	Hierosolima, Portū Portugalię	
Granata,	Corduba, Colonia,	
Lusitania,	Roma, Placencia.	

Hxc sufficit recensere : tu tamen omnia ista percipe cum hac animaduersione , quod mala , quæ in verticalibus locis fuerint intensa, mitiora erunt in alijs , ita vt si fuerint Regum mortes , in alijs erunt tantum ipsorum ægritudines , nisi affætica genitur arū loca in supradictis signis habuerint, tūc enim tale malum non diminuetur. *PHILOS:* ergo qui in ascende[n]te habuerint signum Scorpionis, sinistram aliquam in rebus (non liberis tamen, nec fortuitis ) experientur sortem. *ASTR:* ita timeri potest, & præcipue Martialib⁹, & Mer-

D

curialibus,

\* D I A L O G V S.

curialibus. Hęc sunt omnia, quę euentura suspicor, multa tamen ab aliquibus scripta in hac materia scienter negligo, quia veris Astrologorum iudicijs inepta putauit; hęc tamen omnia iam cū Impressione, & Cometa initium aliquod haber debebat, præsertim quia Cometa matutinus erat: *Lib. 2. capit. 9* iuxta tamen Augustinū Niphum, \* post quatuor menses à die apparitionis effectus incipient, magis tamen, vt suspicor, cognoscentur cum Mars Augusti Mense die septimo signum Scorpionis, & Mercurius die decimo, Nouembris, occupauerint. *SCHOL*: quanto tempore hęc effecta duratura sunt. *ASTROL*: difficilimum est intelligere illud tamen probabilius esse arbitror, effecta, tam huius, quam aliorum Cometarum durare, quousque contraria qualitate prædictus nouus aliquis accedat in fluxus cælestis.

\* *Lib. SHOLASTIC*: Adnotauit modum loquendi, & *2. cap. 7* sentiendi: quem huc usque seruasti, in quo nullū *4. cap. 3* superstitionis vitium reperitur, iuxta ea, quę *9. 1.* se docet Cōrradus Vuypina lib. de fato, & alio *Lib. 2.* desuper opere de superstitione, \* Martinus Delrio disquisit. ca. sitionum Magicarum, \* Soares de Religione pri-  
mo II.

mo tomo. ASTROL: propter consideratos even-  
tus similes ad similem astrorum, & Cometæ po-  
sitaram, s̄epe subsecutos, licet nobis æstimare,  
suspiciari, & metuere, similia; neque ullum viti-  
um vt dicis in hac obseruationis cautione versa-  
tur, quæ est portio quædam prudentiæ, & ideo  
secundum se est bona. SCHOL: eleganter, non  
habent locum hic concilia Patrum, præcipue Mo-  
tus Sixti. V. PHILOS: delicate, & ingeniose huc  
vsque procedisti. ASTROL: tuis rationibus inni-  
xus, quid mirum? SCHOLAST: multa adhuc re-  
stant scitu digna, quæ à te perconctaturus sum.  
ASTROL: polliceor me alias ad singula respon-  
surum, nunc hora poscit, vt domum reuisa-  
mus. Vale. SCHOL: manete, mecum de-

betis cænare, ibit famulus de mo-  
re solito ad Ortocreasium.

ASTROL: altera die.

PHIL: nunc

Vale..

## PER ORATIO.

**C**ÆTERVM non sum adeo hebes, aut mei  
amans, quin videam pleraque in his meis  
nugis esse indigesta, ac plane in ordinata,  
& quę facile multis male à me intellecta videri  
possunt, quo sit ut satis honeste mecum agi pu-  
tem, si de his carmen illud dici audiuerero.

*Sunt bona, sunt quædā mediocria, sunt mala plura.*

Sed ut inscitiam meam ingenue, & sine con-  
trouersia fateor, ita etiam quemlibet delica-  
tum lectorem rogatum velim, vti perpendat,  
in ab ortiuis fætibus multos semper de-  
fectus existere. Quare omnia huc  
usque dicta Ecclesię censurę  
submitimus, sapientibus  
corrigenda sup-  
ponimus.


(?)


F I N I S.

# CONIMBRICÆ.

*Cum facultate Inquisitorum, & Ordinarij.*

Apud Nicolaum Carualho Typographum  
Vniuersitatis. Anno Domini 1619.






## E R R A T A

professor pro professori in dedicatione  
in erejissime pro meritissimo in dedicatione.  
apprens, pro apparens fol. 2. v. contingat pro cōtigerat, fol. 3.  
censuisti, pro censulisti, fol. 4. procurrauit, pro procurauit, fol. 9.  
26. pro 28. fol. 9. v. tripicitatis pro triplicitatis fol. 9. v. 26. pro 28. f. 10.  
suspicari pro suspicari fol. 11. haber pro habere fol. 13. v.  
indocria pro mediocria. fol. 14. v.

19342



## DISCURSO

## DE LAIOR


NADA QVE HIZO A LOS

REYNOS DE ESPAÑA EL

Illustrissimo, y Reuerendissimo señor don Francisco Barberino Cardenal, titulo de S. Agueda, Legado à latere de N. muy S.P. Urbano VIII, y su sobrino: con relacion de las ceremonias con que se eligieron los Legados en Roma: entrada que hizo en esta Corte: Bautismo de la señora Infante: y fiestas del Corpus.

*Por el Doctor Juan Antonio de la Peña, Natural de Madrid.*

Al Illustrissimo, y Reuerendissimo señor Cardenal, Legado à latere,



CON LICENCIA.

En Madrid, Por Luis Sanchez año de M. DC.XXVI.

14 K 10

C 619  
A 949.n



